90 Verſ. *Nec ſatisfacit* Ibi : *Nam major ſumma ex proprietate.*

Hæc regula , quod minor ſumma ſub majori continetur , limitanda eſt,ſi ex mente proferentis appareat aliud ; quia verborum proprietas cedit loquentis intentioni ; *l. ſi quis filium* 2 *.C.de liber præt r t.e.humanæ* 22 *.q.* 2 *.l* 3 *.§.conditio,ff.de adimend.legat.* Mantic.*de conjectur.ultim.volunt. lib.* 3 *tit.* 3 *.n.* 9 .Brun.à Sole *in loc.communib. verbo, Verba,n.* 20. Barboſ.*in axiomat.jur axiom.* 222 *.n.* 3. Menoch. *conſ.* 97. *n.* 42.Atque ita intelligitur textus in §.*præterea,Inſt.de inutil. ſtipulat.& in d.l.ſi decem* 55 *.ff.locati.*

Verſ. *Tertiò , principali hujus capitis reſolutione.*

Idem notant Guttier.*d.c.* 15 *.n.* 85 .& Barboſ.*in Collectan. ad c.ultim.n.* 5 *.de conceſ. præbend.*

Ad Num. 8.

91 Hanc Guillelmi à Cuneo ſententiam ſequuntur communiter omnes,Guttier *d.lib.* 2 *.Canonicar.c.* 15 *.à n.* 86 .Menochius *caſ.* 203 *.n.* 32. Ant. Gom. *variarum.lib.* 3 *.c.* 3 *.n.* 60. Molin. *de primogen.lib.* 2 *.c.* 4 *. n.* 50 *. & lib.* 4 *.c.* 3 *.n.* 41. Tiraquel.*de pœn.temperand.cauſ.* 10 *.n.* 4 .Iuli.Clar.*in prax.crimin. §.fin.q.* 59 *.n.* 9 .Sarmient.*ſelectar. lib.* 1 *. c.* 9 *. n.* 2 .Padill.*in l. tranſigere,n,* 69 *.C.de tranſact.*Boſſ. *in prax. de remed. ex ſola clement.Princ.n.* 35 .Plaza *in epitom. delictor. c.* 45 *.ad finem* , Azeved.*in l.* 2 *.n.* 14 *.tit.* 25 *. lib.* 8 *. Recop lat.* per quam legem apud nos hæc qualitas remiſſionis delicti anteà obtentè exprimi debet neceſſariò , ut valeat ſecundùm veniæ reſcriptum;nam ita ibi expreſſim cavetur.

Quod eſt intelligendum,quando prima remiſſio fuit pro
92 eodem criminis genere,ut probant cum *D.Covar.* Guttier. & Menoch *ſuprà.*

Ratio *præfatæ legis Regiæ*, & concluſionis Gullielmi eſt; quoniam ob repetitionem delicti , Princeps retraheretur
93 à conceſſione veniæ , argumento *l.* 3 *. § ultim.C de Epiſcop. audient.* ne ex repetita indulgentia aſſumatur licentia delinquendi , cùm homines ſub fiducia remiſſionis facilè ad crimina prolabantur ; *cap. illud* 5 *. §.illud. de Cleric. excommun.celebr.* Sed Guillelmi doctrinam limitat Felin. *in cap. ex tenore,n.* 2 *. de reſcript.* cùm venia fuit invalida : nam de
94 ea mentionem fieri neceſſe non eſt ; ſequitur Menoch. *dict. num.* 32.

Eſt etiam ad veniæ validitatem exprimenda reiteratio delicti , etſi illud Princeps non remiſerit;nam cùm in *d.l.* 3.
95 §. *ultim.* ſtatuatur , ne criminum niſi ſemel commiſſorum remiſſio concedatur , ea qualitas neceſſariò eſt in precibus explicanda , tanquam ſi jure ſpecialiter exprimi juberetur : nec diſtinguendum eſt , utrum Princeps , cognita reiteratione criminis , precibus annueret , nec ne. Sanch. *d.diſp.* 21 *.n.* 15. ubi pro regula tradit , ut quoties in jure invenitur prohibitum , ne remittatur crimen taliter
96 commiſſum , vel ne diſpenſetur ubi adeſt talis circunſtantia ; hæ qualitates ſint neceſſariò exprimendæ , ut reſcriptum ſubſiſtat.

Undè infertur,quod ſi quis poſtulet veniam à Principe 97
propter homicidium proditoriè factum , qualitatem , proditionis debet exprimere ; quoniam *l.* 1 *. tit.* 25 *.lib.* 8 *. Recopilat.* diſponitur , ut in remiſſionibus generalibus , vel ſpecialibus , non intelligatur remiſſa mors proditoriè facta ; aliàs erit ſubreptitium reſcriptum , etiam ſi , ea qualitate cognita , Princeps eodem modo remitteret ; Ant. Gom. *d.lib.* 3 *. variar. cap.* 13 *. num.* 38 *. verſ. Item adde.* Et quod reiteratio delicti ſit explicanda,ut *ſuprà* dicebamus , docent Tiraquel.*d.tract. de pœn. temper. cauſ.* 49 *. num.* 27. Padilla *in d.l.tranſigere;num.* 63 .Sebaſt. Medices *de reg. jur. reg.* 3 *.n.* 64 .Plaza *ſuprà,c.* 38 *.n.* 4 .Franchis *de ciſ.* 330 *.n.* 3 .Maſcard.*concluſ.* 838 *.n.* 8 .Cened.*ad Decretal. collectan.* 44 *.n.* 4. Tuſch.*to.* 7 *. lit.S.concluſ.* 730 .Farinac.*in prax. crimin.quæſt.* 6. *num.* 49 .Nicol.Garcia *de benefic.part.* 8 *.cap.* 3 *. num.* 28. Ant. Gom.*dict.c.* 3 *.num.* 6.

Ad Num. 9.

Ibi : *Nam ſi quis impetrare velit.*

Accedit Guttier.*d.n.* 96 *.* 97 .Et quod in impetratione legi- 98
timationis eſt facienda mentio filiorum legitimorum , eſt communis reſolutio ; ut conſtat ex Menoch.*d caſ.* 203. *n.* 5 .Mareſcot.*ſuprà,lib.* 2 *.c.* 87 *.n.* 1. ubi plures refert , Trentacinq.*d.libr.* 1 *.variar.tit.de legitimation.reſolut.* 2 *.n.* 18 .Nam vero ſimiliter præſumitur Princeps gratiam denegaturus , ſi ſciret legitimos extare,Ant.Gom.*in l.* 12 *. Taur. n.* 67 .ubi 99
alii. Imò non ſolùm exprimere debet impetrans , filios legitimos habere , ſed etiam uxorem ſibi eſſe , ex qua filios ſperat procreare, alioqui legitimatio erit ſubreptitia ; Aretin.*in l. ex facto* 43 *.n.* 8 *.verſ.Vel habere uxorem, ex qua poſſit procreare filios,ff.de vulgar.fol.* 101 *.colum.* 4 .Ripa *in d.l.ſi unquam,C.de revocand.donat.* Roland.*d. conſ.* 89 *n.* 36. Surd. *conſ.* 552 *.n.* 40 .Cyriac.*tom.* 2 *.controverſ.* 236 *.n.* 12. qui *n.* 36. id declarat , ſi nati fuerint filii ex tali matrimonio , Tren- 100
tacinq.*ſupr.* Præterea legitimatio , legitimorum non facta mentione,eſt irrita , quamvis nihil eorum interſit , ne fiat legitimus filius illegitimè natus ; Mareſcot.*ſupr.lib.* 1 *.c.* 35.
n. 8 *.verſ.Non obſtat Ruinus,& n.* 9 .contra Iaſonem, & alios. 101
Idemque erit , ſi motu proprio , vel ex plenitudine poteſtatis filius legitimetur , Mareſcot.*n.* 11. quia , non facta mentione legitimorum , reſcriptum non tenebit.

Ex quibus deducitur,quod quamvis per *l.* 10 *.tit.* 8 *.libr.* 5. 102
Recopilat. legitimati per reſcriptum Principis non ſuccedant cum legitimis,& naturalibus , niſi expreſſim in legitimatione contrarium dicatur,Anton.Gom.*in d.l.* 12 *. Taur. n.* 67. Tamen opus erit ad legitimationem filii,prolis legi- 103
timæ mentionem fieri , ex doctrina Mareſcot. *d. c.* 35 *.n.* 8. *ver. Non obſtat.*

Numerus vero filiorum erit explicandus , ſi tot ſint,ut 104
propter eorum multitudinem Princeps legitimationem non eſſet conceſſurus,aut cum reſtrictione aliqua concederet : ex generali regula *ſuprà* tradita;nam cum jure cautum non reperiatur, ut filiorum numerus explicetur , taciturnitas non nocebit , niſi circa cauſam finalem contigerit. In quo Principis conſuetudo attendetur.

D. DIDACI YBAÑEZ DE FARIA
ADDITIONES
ET
OBSERVATIONES
AD LIBRUM SECUNDUM
D. COVARRUVIAS
VARIARUM RESOLUTIONUM.

AD CAPUT PRIMUM.

De jure creditorum in perſonas eorum qui non ſolvunt ac de Ceſſionis bonorum remedio.

SUMMARIUM.

1 *DEbitores , qui ſolvendo non erant , quomodò ante legem duodecim tabularum creditoribus ſuis addicebantur.*

2 *Decemvirali conſtitutio quid immutaverit.*

3 *Lege Pætilia mitiùs cum debitoribus , qui facultatibus defecerant, agi cœpit.*

5 *Filii eorum, qui ſolvendo non erant, pro paternis debitis creditoribus tradebantur olim apud Romanos.*

5 *Patres poſſunt ſuos filios in pignus dare , fame premente. Limitatur in filio ſacris initiato.*

6 *Apud Hebræos an filii debitorum fierent ſervi pro paternis debitis.*

7 *Servitus Hebræorum quamdiu durabat , cum unus alterius ſervus fiebat.*

8 *Debitores non habentes undè ſolverent, poſt.* l. æs alienum, C. de actionib. & obligat. *in vinculis detinebantur, niſi bonis cedere vellent.*

9 *Homo liber pignori dari nec à ſe , nec ab alio poteſt.*

10 *Homo liber inter privatos an obſes tradi poteſt?*

11 *Privatus num poſſit ſibi ſubditos obſides dare ?*

12 *In executione quis ordo ſervandus quoad bonorum diſtractionem.*

13 *Debitor non præſtans cautionem de idoneitate,vulgò, de ſaneamiento , ad carcerem ducitur,etſi bona habeat.*

14 *Fœminæ honeſtè viventes pro debito civili non carcerantur.*

15 *Mulier maritata licet turpiter vivat , pro debito civili non eſt carceranda, niſi maritus conſenſit turpitudini.*

16 *Mater , vel avia , pro debito ex adminiſtratione tutelæ liberorum , carceri non mancipatur.*

17 *Militia apud Romanos triplex , & de aliquibus eorum privilegiis.*

18 *Milites , qui in Hiſpania* Hombres de armas *vocantur , privilegiis armatæ militiæ decorantur.*

19 *Privilegiis militiæ conceſſis milites renunciare non valent.*

20 *Quibus caſibus miles pro debito ex contractu in carcerem mittitur.*

21 *De re militari , ac militum privilegiis,qui diſſerunt.*

22 *Quis in Hiſpania propriè dicebatur* Hidalgos *, & quis* Nobilis.

23 *Filius naturalis paterna nobilitate decoratur,ejuſque gaudet privilegiis. Idem eſt de uxore.*

24 *Nobilis in Hiſpania carceri non ſubjicitur ob debitum,quod ex delicto , vel quaſi non deſcendat, & quomodò ad hoc Nobilitas probanda ſit.*

25 *Et privilegio renunciare Nobiles num poſſint ?*

26 *De jure Regio etiam cum juramento renunciatio prædicti privilegii non tenet.*

27 *Eo privilegio potiuntur reſcripto Principis nobilitati.*

28 *Quando Nobiles propter debitum ex contractu , poſſint in carcerem detrudi.*

29 *De nobili, qui fidejuſſit prò reo, utrum propter pœnam pecuniariam impoſitam ob delictum principalis , poſſit fidejuſſor carceri mancipari ?*

30 *Privilegium , ne quis conveniatur ultrà quam facere queat; quid contineat.*

31 *Quæ res Nobilibus reſerventur, cum in eorum bonis ſit executio.*

32 *Privilegium , ne quis conveniatur ultra quam facere poteſt , ad debita ex delicto non pertinet.*

33 *Qui præfatum privilegium habet , carcerari pro debito ex contractu non poteſt.*

34 *Multi , etſi in bonis non habeant , pro debito ex contractu carceri non ſubjiciuntur.*

35 *Conductor , ſive exactor major Regalium tributorum pro debito carcerandus non eſt , ſi idoneos præſtet fidejuſſores.*

36 *Ceſſio bonorum ad quid inventa.*

37 *De ejus forma.*

38 *Nemo poteſt bonis cedere , niſi debitum agnoſcat , aut ſententia damnetur.*

39 *Quando in Hiſpania debitor ſuis creditoribus , ut ſer-*